plebiscitis bonum ordinem Civitatis concernentibus quae iam a multo tempore apud Fid. vrar vigeret et observare se communitas igitur faciles praebeant eademque plebiscita tandem aliquando ad conclusiones deducant. Tum omnium iniuriarum quascunque communitas praetendit in charitate compositionem et complanationem experiantur. Hoc si inter Fid. vrãs non successerit extunc de omnibus iniurijs et grauaminibus quibuscunque interea sopita inter Fid. vrãs non fuerint nos iam exnunc tam Fid. vris quam communitati coram nobis experiendi terminum peremptorium uno edicto pro tribus in vim Advocationis nostrae, praefigimus et assignamus diem vero octauam Mensis Januarij in Anno proxime futuro 1603 ubicunque tunc cum Curia nostra constituti fuerimus. Mandantes vtrique parti ut pro die et termino superius praefixo sese coram nobis peremptorie sub amissione causae suae et poena arbitrio nostro irroganda per internuncios et Plenipotentes suos sistant atque iure de omnibus iniurijs grauaminibus et exorbitantijs coram nobis experiantur. Nos vero auditis vtriusque partis rationibus id quod iuris et iustitiae fuerit in praemissis Statuemus et decernemus contumatia alterius partis non obstante. Datum &c.

Saluus conductus infami

Sigismundus &c. Significamus

Quod cum nobis relatum esset nomine et ex parte Nobilis Stanislai olim Valentini Lipskij de Lipa filij eum ad instantiam Instigatoris officij Castren. Wren. in Iudicio Generalis Tribunalis Regni Petricoviae in causa et actione ratione factae concordiae et suppressae poenae publicae sessionis turricae occone asserte interemptionis per illum vulnerum enormium Nobilis Petri Sulborskij in contumatiam infamem pronunciatum et publicatum esse. Supplicatumque nobis esset, ut quo de male obtento contra se processu agere possit Saluum Conductum nrum Regium ipsi concedere dignaremur. Nos eo attento quod praefatus Nobilis Stanislaus Lipskij in Contumatiam infamis pronunciatus est et de non prosequenda causa se ab officio Castren. assecuratum fuisse literis Vicecapitanei comprobat tum quod contumaci terminus sessionis praefixus fuit, quod illum latere potuit. Praeterea quod homicidium a se patratum esse negat, ideo faciendum nobis esse existimauimus vt eundem in patrocinium et protectionem nostram susciperemus prout iam exnunc suscipimus eique saluum Conductum nrum a ui et potentia omnium officiorum et Magistratuum Regni damus ad sex mensium a data praesentium computandum decursum quo fretus tuto et sine pertimescentia

de male contra se obtento processu ageret tam in ea causa quam
in alijs omnibus in quibusvis Judicijs stare in Regno et dominijs ei-
dem subiectis versari negotiaq sua licita et honesta peragere va-
leat persona rebusq ipsius sub hac nostra protectione saluis Ita
tamen ut sese cum omnibus pacate gerat neq ullas violentias exerceat
et omnibus de se conquerentibus iuris ordine sese iustificare teneatur
Quod ad omnium quorum interest notitiam deducentes eisdem manda-
mus ne quid praetextu executionis decreti praefati per eum contra
praenominatum Stanislaum Lipsky attentent sub poenis in viola-
tores salui conductus nostri sancitis literasq salui conductus
praesentis in Acta Castrensia inscribi et voce praeconis publicari cu-
rent In cuius rei fidem etc.

Decretum in causa Sacrilegij Sanctis: simi Sacramenti inter cives et Judaeos Bo: chnenses.

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod posteaquam priori decreto nostro in causa atrocissimi sceleris
Sacrilegij Sacratissimi Eucharistiae Sacramenti autore quodam Ja-
cobo Judaeo Bochnen. per Mathiam Mazur et Mathiam Bud:
ka suscepti atq eidem Judaeo traditi inter totam communitatem
civitatis nostrae Bochnen. et Judaeos Bochnen. iam ab annis
aliquot ventilata tandem novissime decretum nostrum interces-
sisset quo adhuc ex innata nobis clementia Senioribus totiq com-
munitati Judaeorum Bochnen. certum tempus ad Feriam sextam se-
cundam post Festum Sancti Martini proxime praeteritum concesse-
ramus ut interea ijdem Seniores sub poena depertationis, tam prae-
dictum Jacobum criminis authorem quam etiam Fincsek et Jeczko
Wronka sponsores ipsius coram nobis personaliter statuerent Quae
quidem depertationis poena iam tum eodem decreto nostro de perfi-
diorum Judaeis decreta fuit. In termino itaq ex eadem prorroga-
tione posteaquam tota Civitas Bochnen. per internuncios eam
causam attentaret et tardem aliquando extremam manum huic ne-
gocio imponi postularet. Nomine vero communitatis Judaeorum
Bochnen. Nobilis Laurentius Borzbsky eorum mandatarius
principales suos authorem praefatum eiusq sponsores ubiq quae-
sivisse et in Turciam eos aufugisse nunciumq eam in rem ab illis
missum in Valachia occisum esse assereret atq id literis privatis

332